

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere ah  
cum fonte primo

Inexpugnabile munimentum amor  
ciuium. Quid pulchrius est quam uiuere  
optantibus cunctis?

Quis huic audeat struere aliquod  
periculum

sub quo iusticia, pax, pudicicia,  
securitas, dignitas florent, sub quo  
opulenta ciuitas copia bonorum omnium  
habundat?

Seneca de clemencia ad Neronem.

Vnum est  
inexpugnabile munimentum amor  
ciuium. Quid pulchrius est quam uiuere  
optantibus cunctis  
et uota non sub custode nuncupantibus?  
si paulum ualetudo titubauit, non spem  
hominum excitari, sed metum? nihil esse  
cuiquam tam pretiosum, quod non pro  
salute praesidis sui commutatum uelit?  
O ne ille, cui contingit, sibi quemque  
uiuere, deus beatior nihilo. Cum adsiduis  
bonitatis argumentis probauit non rem  
publicam suam esse, sed se rei publicae,  
quis huic audeat struere aliquod  
periculum?  
quis ab hoc non, si possit, fortunam  
quoque auertere uelit,  
sub quo iustitia, pax, pudicicia,  
securitas, dignitas florent, sub quo  
opulenta ciuitas copia bonorum omnium  
abundat  
nec alio animo rectorem suum intuetur,  
quam, si di immortales potestatem  
uisendi sui faciant, intueamur uenerantes  
colentesque.

Lucius Annaeus Seneca, *De clementia*,  
5, 33, 6-8 (F. Préchac ed., p.40).